

**A** genus. & Atticam puritatem; antiquitates Romanorum ab ipsius urbis origine tanta diligentia conscripsit, ut Græcos omnes ac Latinos superasse videatur. Nam quæ Latini quasi perulgata neglexerunt, puta sacrificia, ludos, triumphos, magistratum insignia, tum universam Romanorum in gubernanda Republica disciplinam, censum, auspicia, comitia, totiusque populi difficultem in classes ac tribus partitionem; postremo Senarum auctoritatem, iussa plebis, magistratum Imperia, populi potestatem: unus omnium accuratissimè tradidisse mihi videtur. *Iohannes Bodinus c. q. Hist. Method.*  
Unus est Appianus ex omnibus historicis, qui Romanorum provincias, opes, exercitus, totiusque imperii descriptionem ad intrinsecum velut in subiecta tabula proponit. Strabo quidem, Plinius ac Rufinus provincias attingerunt, opes omiserunt. *Ibidem.*

Cornelius Tacitus, in Romanorum antiquitatibus explicandis magnam nobis atulit adjuvmentum. Cum enim à Tiberio usque ad Nervam unius seculi res gestas conscripserit, omnia, maxima, mediocria, minima studiosè persequutus est. Post Acticam victoriam nullus est historicus, qui militarem aut forensem rationem copiosius tractavit. Floruit enim diutissime in militari urbanisque disciplina, & proconsul Germaniam inferiorem obtinuit: quo tempore Germanorum mores, instituta, ritus tanta diligentia percipit, ut uni Tacito suam antiquitatem Germani acceptam ferant. *Ibidem.*  
Philippus Cominæus Historiam Gallicam scripsit ante annos plus minus centum, ita laudabiliter, ut nihil vereat, ait *J. Lipsius in notis ad T. Polit.* componere eum cum quovis antiquorum. Incredibile est, quam ille omnia videat, penetret, arcana consiliorum eruat, & subsinde instruat nos salutaribus ratione præcepit, & id diffuse Polybiano quodam exemplo. Princeps noster hunc legit, & Enchiridium Cominæus illi esto. Dignus Alexandris omnibus hic Philippus.

Inepti, Negligentes.  
Choerilus Alexandri Macedonis facta descripsit, & pro quolibet versu bono aureum Philippeum, pro malo colaphum ab Alexandro accepit. *Cyraldus.*  
Timeus tum temporum exquisitam diligentiam, tum plurimarum rerum historiam tradens, quod nimium operæ in aliis redarguendis impenderit, colpat: qua ex re à nonnullis **C** Epitimetus, & Ἐπιμητῆς, hoc est, obiectator, est cognominatus. *Diod. lib. 5. c. 1.*  
Contra Historicis, qui suis historicis prolaxas aut crebras nimis orationes admiscunt, ostentandæ eloquentiæ causa, Diodorus Siculus in libri vigesimi præfatione disputat, & *Suidas.*

Si excusationem meretur ignorantia, profectò excusandus est Corn. Tacitus, qui Judæos ab Ida monte Cretensum quasi Idæos deducit: & Nicolanus Damascenus, qui Hierosolyma quasi Ἱερουσαλα, παρὰ τὴν Ἰδαν ὀρεῖν dicitur. *Ioh. Bodin. Methodi hist. c. q.*

Voluit historici inepti obsecutos Annales Catullus carmine suo notos reddidit, de iis eleganter scribens:  
*Annales Volusi, cæcæ charta  
Votum solvitæ promissa puella.  
Nam sanctæ Veneri Cupidinique  
Vovit, si sibi restitutus esset,  
Desissetque truces vibrare jambos,  
Electissima pessimi poetæ  
Scriptæ arduæ Deo daturam  
Infelicibus vstulanda lignis.  
Et hoc pessima se puella vidit  
Iocose & lepide vertere davis.  
Nunc è cervæleo ponto  
Acceptum face reddiditque votum:  
Si non illepidi, neque irrognum est,  
At vos interea venite in ignem  
Pleni thuris, & infacetiam,  
Annales Volusi, cæcæ charta.*

Lucianus infectarum Historiarum quendam sui temporis, qui in narratione confictus ad Europam Syriæ, relicto prælio, longam fabulam exorditur de Malactha quodam Mauro milite, qui præ sit aberaverit, & incidit in quosdam agricolas, à quibus prandio est exceptus, quorum unus aliquando fuerit in Mauritania; & alia inepta. *L. Vives de Casis corrupt. art. lib. 2.*

RECITATIONEM

Apud Chereoneos quidam, qui fortè duo vel tria Ephori volumina legerat, omnes mortales fatigabat, totumque con-

turbabat convivium, assidue pugnam Leucetricam & confectantans: unde cognomen traxit Epaminonda. *Plutar. de Garrul.*

CERTAMINA.

Josephus adversus Apionem docet, eluviones Berosi scriptis comprehensas fuisse, & navim illam, quæ animantium ac generis humani seminarium conservavit, in monte Cordice conquire fuisse, ut etiamnum Alexandri Magni temporibus fragmenta restarent, unde blumen ad expiationes colligi solebat. Atque hæc Hieronymi quoque Ægyptii, ac Mnasæ Damasceni auctoritate confirmat. *Io. Bodinus Methodi hist. c. 8.*  
Homerum Pindarum & Chium & Smyræum fuisse ait: Chium Simonides: Antimachus & Nicander Colophonum: Aristoteles autem philosophus Jensem, Ephorus historicus Cumeum. Quidam Salaminæ Cytri urbe oriundum dicere non dubitarunt: Argivum alii: Aristarchum & Dionysium Thrac Athenensem. Filius à nonnullis dicitur Mæonis & Critheidis: ab aliis, Meletis filius. Non minus dubitatio est de tempore, quo vixerit. Aristarchus cum in iis tempore relict, quo Jonnum Colonia deducta est: fuit hoc annis post Heraclidarum reditum sexaginta: & si reditus octoginta annis Trojanæ bello est posterior: Crates cum ante Heraclidarum reditum extitisse tradit: ut ne octoginta quidem prorsus annis Trojanum bellum sit subsequens. Apud plerisque pro certo habetur, centum annis eum Trojanæ bello posteriorior fuisse, non multo ante Olympiarum ludorum institutionem, à qua Olympiades nomenclantur. *Plur. de Homero.*

L. Lucullus apud Hortensium caudicem & Siennam historiographum, cum ex joco in serium juvenis adhuc est delapsus, professus est, proposito carmine & oratione soluta, Græca pariter & Latina, utram earum dictionum fors dedisset, ea bellum Maricum conscripserunt: quæ obfuisse forte videtur oratio Græca. Extat enim belli Marici Græcæ composita historia. *Plur. in Lucullo.*

Græci nonnulli affirmant, Mariam Lazari forem, non fuisse eam quæ dicta est Magdalena. Contra Latini asserunt, eam fuisse illam ipsam Mariam Magdalenam, & non aliam. Hac de re Gerardus à Nazaret, Episcopus Laodicæ, tractatum scripsit, atque edidit: in quo asseverat, Mariam Magdalenam unum tantum esse feminam in Evangelica historia, & eam quidem esse forem Lazari. Libro titulus inscriptus est: Defensio Gerardi Laodicænsis Episcopi contra Salam presbyterum.

JUDICIUM.

Apud Platonem in Timæo. Sacerdos Ægyptus Salomon Atheniensem de Græciæ antiquitatibus, de Phoroneo, de Noe, de Deucalione disputante audiens; Ἐξάρων, inquit, Ἐδούλων ἀπὸ πᾶσδεσσι, γένον ἔστι δῶλον ἢ ἐπὶ: Semper pater estis Græci, neque Græcus ullus fenex est; propterea quòd regione illorum variis incendiis & inundationibus obnoxia, & memoria historicorum pereant, quæ apud Ægyptios, securiorum ab his calamitatibus regionem incolentes, vetustissimæ extant.

Strabo libro Geographia. quod Homerus scribit, Charydim ter in die reddere quod absorbit, ter reformbere (quom consert, id non fieri nisi bis in die) excusat hæc hyperbole, quasi τρεῖς non sonet hic numerum, sed vehementiam. *Erasm. in in Adag.*

Quod Cicero prolatum in historia à Timæo, ut arctum lepudum commendat, id Plurachus dictum antea ab Hegesha, ut insulsum frigidumque reprehendit atque exagitat. *Latin. scriptor. in 2. lib. de Nat. Deorum* inquit: Concinnæque, ut multa, Timæus: qui quom in historia dixisset, qua nocte natus Alexander esset, eadem Dianæ Ephesias templem deflagravit, adjunxit: Minime id esse mirandum, quòd Diana, quom in partu Olympiadis adesse voluisset, absuisset domo. An delectatus est Cicero commento hoc, ut subtiliter excogitator, nec animadvertit, à quo editum foret: neque enim in historia locus videtur esse istis fabulis. Plurachus verò in Alexandro: Non potuit ferre tam ruperem assentionem: & cum insinuare ipsam vellet, lustrin vitio illius ostendit: Hujuscemodi enim sine modo prolata mendacia, insulsiq; sententiæ, frigus asserit dicuntur: cojus frigoris hæc Hegesha prolata tantam vim esse dixit, ut extingueret possent incendium illud, quò templem deflagravit. *Plur. lib. 6. Var. lect. cap. 15.*

Cicero lib. 1. Tuscul. q. Chrysimmum in omni historia curiosum asserit, sed ita tetra quodam asserit, ut ea fugiat & retor-

**A** Non possunt primi esse omnes omni in tempore. Summum ad gradum cum claritas veneris. Confites agræ: & citius quam ascendas, decides. Cœcidi ego, cadet qui sequitur. Lais est publica.

Publii sententiam Macrobius lib. 2. c. 7. Saturnali. recenset. Pylades Cilix & Bathylus egregii saltatores, Augusti Cæaris temporibus sapè numero populum concitavit. *Dion & Suetonius in Augusto. Juvenalis Satyra 6.*

Chironomeo Ledam noli saltante Bathyllo. Italicam invenisse saltationem dicuntur, ex comica quæ dicitur Choetax: ex tragica, quæ Emueta: & ex satyrica, quæ Sicinnus nuncupatur: unde Sicinnistæ Satyriæ dicuntur, cuius inventor fuit Sicinnus, vir quidam barbatus. Sunt tamen qui Sicinnam Cretensem fuisse arbitrentur. Erat Pyladæ saltatio saltu plena, & affectata laboriosa que admodum: Bathylli verò jucundior, & affectata laboriosa que admodum: Bathylli verò jucundior, quia saltationibus erat is idoneus, & cantilenis. *Athenæus lib. 1. c. 16. & Plutarchus lib. 7. Sympoticorum.*

Seneca inquit, Pylades in Comædia, Bathylus in Tragedia, multum à se aberant. Cum in Herculeum furentem prodidisset Pylades, & nonnullis incedat histrionum conveniens non servare videtur deposita persona, & tidentes increpuit: μωροι, μωροι οὐκ ἔργου ἐργου. Hac fabula & sagittas in seculum. Eandem personam cum iussu Augusti in tricinio ageret, & intendit arcum, & spiculum immitit. Nec indignus est Cæsar eodem loco Pyladi, quo Pop. Rom. fuisse. Hæc quia ferebatur mutasse rudis illius saltationis ritum, qui apud majores viguit, & venustum induxerat novitatem: interrogatus ab Augusto, quæ saltationi consultasset, respondit: λυδοὺ ἀντιγράψαντες. *Plur. lib. 6. c. 16.*

Cleon Mimarum cognomento, opimus fuit Italarum mitorum, nulla extrinsecus persona assumpta, per se sufficiens histrionum. *Athenæus lib. 10. c. 16.*

Cytheris mimæ, cum qua M. Antonius post Pharalicam pugnam vœtus est curru, quem generosi spiritus leones trahebant. *Plur. lib. 8. c. 15.*

Neostrom Pantomimus Caligula etiam intret spectacula oculabantur.

Paris Pantomimus histrionum, libertus Domitiæ, Neronis amice, Nerone tempore cœnæ demulcere solebat. *Corn. Tacitus.* Tranquilius ait eam Nerone occidit, quasi gravem advenierat. Idem scribit, Domitianum repudiasse uxorem, Parisi histrionis amore perditam. Eui cum Juvenalis peritruisset in Satyra, ac Imperatore in exilium fuit actus.

Prodivum memoria est à Luciano de Saltatione, Cynicum Demetrium, cui vultus erat salutaris, dicere solum, id genus artificium videri & sibilorum parerga quedam, quando ipsum argumento confectis nihil: motum modo adhiberet animum, & ab intellectu se junctum omnino. Id quom in audisset Neronis tempestate celebris Saltator, multa historiarum memoria præcedens, & saltandi artifices mirus: Quo loco (inquit) Demetri, ne sit onerosum, me saltantem tua præcæta honestate, idque nullis incipientibus tibus, ut cantibus protus demulcentibus: mox si videretur, id artificem exploderet alidereque. Admit Cynicus. Saltavit ille Venereis adultæritium & Martis, Vulcanum à Sole communitum utriq; fluentem infidias; illos clandi artifices fabri technis irretitos, assidentibus pæcæta deos, sustulam robore Venerem, timidius supplicarent belli deum, ac quæcumque fabella continet.

Omniaque tam subtili, tamque artificio gestu, tanta verum (quod diffinitum est) perspicuitate, tanta denique vultibus graffa, tamque plausibili ingenio, ut exclamaret Demetrius, jam (ut videtur) hilario, plurimumque negotio oblectatus, εὐνοῖ ἀδρόντι ἃ παῖσι, κὴ ὄρο μόνον, ἀλλὰ μὴ δακτύλῳ παῖσι χερσὶν οὐκ αὐτὸν λαλεῖν: Audio, o homo, quæ facis, nec video iolum, sed etiamnum ipsis manibus mihi videris loqui. Quidam homo regis à Pontu, cum ex negitio ad Nerone Roman venisset, unaque cum illo hunc spectatiss saltatorem adeo saltantem peripicuit, ut quanquam nihil eorum, quæ canebantur, audire poterat (erat enim lingua semigræcus quispian) omnia tamen callidè intelligeret: cum iterum ad suos regressurus esset, cumque Nero benignius atque amantius in vitaret, & si quid vellet, postulare liberaliter juberet, seque promptè daturum polliceretur: Da mihi, inquit, hunc saltatorem, & me hoc munere plurimum exhibitabis. Percontante verò Nerone: Cui rei domi tuæ utilis tibi futurus est? Sunt mihi, inquit, vicini barbari, lingua dispares: ad illos intelligendos, interpretum parare copiam haud mihi

promptum & facile est. Itaque si alicujus egens ero, ille in-evnens singula quæque mihi interpretabitur. Tantum docilis imitatio, & artificis peritia, concinnulque ac peragilis motus gestus vel auctoritatis adeptus erat, ut nec immerito Pantomimi nomen Italia intercepti. *Cælius lib. 5. cap. 3. A. L.*

Aliturus Judæus, mimorum actor, Neroni ita charus erat, ut cum Poppeæ Cæsar uxori innotuisset, confestim per Eme abfolotionem captivorum quorundam sacerdotum, per Felice ob levisimam culpam Roman misorum, impetravit. *Josephus in sua vita.*

Canis Mimò cuidam, qui plures personas in agenda fabula repræsentabat, adliærens, cum alios gestus moribus & negotiis pro argumento redderebat convenientes, tum panem medicamento, cuius in illo faciebant periculum, temperatum saporifero, fingebatur autem mortiferum esse, sumptis; coque devorato, paulò post fingebar tremere le laparique, & gravèdine tentari; denique protensis membris, pro mortuo jacob, patiebaturque trahi auferrique se, ut fabulæ argumeta postulabat. Ut verò articulum exiis, quæ dicebantur & agebantur, advortit; primum, quasi ex profundo fommo ad hinc reverteretur, leniter movit se, capiteque elato suspexit. Hinc stupentibus omnibus exurgens contulit se, ad quem oportebat & deccebat, latus & gestibus: ut totum theatra & Cæsar (intereret enim pater Vespasianus in Marcelli theatro) permoverentur. *Plur. de Astimantium comparatione.*

Favo Archimimus, in funere Vespasiani Imper. personam ejus tulit, vitique (ut moris erat) facta & dicta imitatus est. Interrogatus itaque ab eo procuratoribus exequiarum, quanti constaret funus: ut audivit, festertim centes: exclamavit, Centum sibi festertia darent, ac se vel in Tyberim projicerent. Quibus verbis taxat Imperatoris avaritiam, qui indignaretur, tantam impensam in funere suo factam fuisse. *Suetonius.*

Agrippus histrionum, quem ob voluptatis ingluviem ἀναδούρον cognominabant, Comes L. Veri Antonini Imp. *Volaterranus lib. 23. Antropolos.*

Genesius Arelatensis patria, mimus apud Domitianum, Christianos turpissimis gestibus irridebat. Tandem & ipse sub Imperatore parius est. *Surus tom. 3. cap. 25. Aug.*

Quintilla mimæ, à Timidio accusata, quod Pompeii fenatoris animi ac consiliorum adversus Caligulam concilia esset, G tam constans fuit in negatione, ut liberata tandem, permulta illi munera ad lenienda mala, quæ pertulerat, collata fuerint. *Fulgosus.*

Luceja mimæ centum annis in scena pronunciavit, & Galleria Culpola Emboliarum reducta est in scenam, Cn. Pompejo, Q. Sulpitio Cos. ludis pro salute D. Augusti votis, annum 104. agens. *Plur. lib. 7. c. 48.*

Pelagia Antiochena mimæ, non modò corpus vulgaverat, verum Antiochiæ quoque scenæ ac theatro operam suam locarat. Hac postea mutato vivendi genere, cum in deserta loca contulisset, abstinentia alique virtutibus; permultos monachos atque eremitas superavit: ediditque, & dum vixit, & post mortem, miraculis, in Sanctarum numerum referri meruit. *Fulgosus lib. 6. c. 9.*

Domingellus Hispanus, mimus astutissimus, cum sciret Lupum Arenæ equitem, Zorithæ arcem eam Alfonso IIX. Castellonensi regi occupasse, velut alius Zopyrus, ostendit rationem invenisse recipienda arcis, modò equitem inveniret, qui sicca contentione vulnus sibi in os inserti pateretur. A rege requisitus Petrus Didacus, coram Alfonso cum Dominguello verbis contendere cepit, ac Lupum conditionis infamia criminari. Domingellus primo humanè tueri Lupum, atque hominem exulare: sed cum acerbius eum Petrus urgeret, Domingellus stricto gladio os Petri percussit, statimque ad Lupum Zoritham profugit, factum commemorans. Mox rumore etiam per alios delato, Lupus creditus unum hunc acri præ alios præferit, in deliciisque habere cepit. Domingellus hoc modo insinuat, per occasione Lupum occidit, atque à muris dimisit, ut eum rei nuncio ad Alfonsom advolaret. Haud multo post Lupi nepos secutus, Zorithæ arcem Alfonso restituit. *Fulgosus lib. 7. cap. 4.*







A Calumniosus & sycophanta. Unde & Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Echincem tragicum Theocinem vocat. Erasmus in Chiloia.

Echines Atheniensis orator, tragedias egit in scena: Ideo Demosthenes in oratione de Corona, πιδικον τραγικος, eum vocat. Quintilianus hypocritam eum fuisse dicit, id est, histrionem. Plutarchus in decem rhetoribus exercuisse eum tragedias scribit. Aeschines ipse epistola quadam ad populum Atheniensium affirmare videtur, histrionicam se artem desuisse, antequam ad Remp. accederet.

Calpeides gesticularius & tragediarum histrio, cum Agellio regi occurrisset, arrogantius eum salutavit, subinde illi se ostentans, arbitratus fore, ut comiter a rege exciperetur. Verum quum feris rex intenderet, nec animadvertit ad Calpeidem: Non amodum, inquit, nosse me videris, o rex. Tum subridens Agellus: At non, inquit, Callipedes ille dicelictus? id est, nimis, Spartanorum vocabulo. Quibus verbis ludionis tumorem recidit. Eum simia gesticulosem Aristoteles in Poetica asserit. Plutarchus in Agellio. Caelius lib. 11. cap. 16.

B Tragedia vehementissimis constat affectibus, ita ut tragedias agere, videatur esse quiddam insanie simillimum. Proinde Lucianus in commentario, cui titulus, πος δει τω ισοπαλιον συγγαζον, narra, Abderitis ex Entipidis tragedia, recitante tragædo Archelao, publicis sebtim obortum: eam septimo post die transiit in insaniam, ita ut omnes ingenti voce versus quosdam ex Archelai Andromeda pronunciant. Erasmus in Adas.

Polus histrio, cum unicum filium amisset, Athenis Electram Sophoclis agens, urnam cum Orestis ossibus, Electrae habitu ferens, pro fictis lacrymis veras dedit, & sub Electrae persona Orestem fratrem, sub propria filium tanto luctu prosecutus est, ut omnes spectatores ad misericordiam commoverit. Itaque cum agi fabula videretur, dolos aditus est. Gellius lib. 7. c. 5.

Elopus tragedus, amicus Ciceronis, ex histrionica tantas opes sibi comparavit, ut patinam haberet sexcentis sestertis taxatam, filiumque reliquerit Apitium, adeo divitem & prodigum, ut uniones aceto liquefactos cœnis apponeret. Plinius ait, patrem posuisse in patinis aves cantu aliquo, aut humano sermone vocales, millibus sex singulas cœmpatas: nulla alia inductum suavitatem, nisi ut in his imitationem hominis mandaret: dignus prorsus filio, à quo devoratas diximus margaritas. Volateranus lib. 13. cap. 3. Anthrop.

Puppius tragicus, quoties vellet, populum ad lacrymas provocabat. Eapropter Horatius Lacrymola poemata Puppi vocat.

MIMI, PANTOMIMI, PLANIPEDES, SALTATORES, THYMETICI.

Saltatores, agilitatis & roboris corporei nomine inter corporis exercitia referuntur: at respectu Imitationis poetice ad locum pertinent. De Theatrali tantum saltatione hic agimus, in qua Mimi, præter vocalem imitationem, corporis quoque gestum adhibent.

Lesbonax Mitylenæus, planè vir honestus ac bonus, Saltatores Christophos, id est, manu sapientes, nominare solitus est: ibatque frequenter ad illorum spectacula, quasi melior à theatro subinde esset. revertitus. Lucianus de Saltatione.

Videtur antiquus ille fabulosus Proteus, saltator quispiam, aut histrio fuisse egregius, qui citare se in omnia formare, omniaque imitari, ita ut aquæ hamorem, & ignis acumen per motuum celeritatem imitaretur, leonis feritatem, iram patralis, arboris susturum, & omnino, quicquid collibisset, referret. Natalis Comes lib. 8. cap. 3. Mythol.

Fuit apud Spartanos comicus lusus species, verum studii non magni frugalitatem in eo quoque affectante civitate. Dicendi prætenus erit formula, argumentum non aliud ferè quàm pomorum furta, & id genus pleraque. Qui ejusmodi ludos obiter, ab Laconibus dicelictæ nuncupabantur, velut scenopæos dicas, & Mimetas, id est, imitatores. At pro locorum diversitate convariant horum appellationes. Siquidem Phallophoros Sycionii dicunt: Autocabalos alii: quidam item Phylacata. Thebani, quibus frequens est disparata ab aliis nomenclatura, Ethelontas. Erant in genere eodem Ithypalli quoque.

Caelius lib. 6. cap. 17. Antiq. Lect. Consule Scaligerum Tib. 1. E Poetica.

De Magodis, Hilarodis, & aliis histrionum atque mimorum appellationibus, vide Athenæum lib. 14. cap. 8. & Scaligerum lib. 1. Poet. cap. 32. cujus hæc verba sunt: Hilarodi (inter quos Simus quum fuisse præstantissimus, Simidi post postea cognominati) prodibant in veste candida, virili, auro coronati. Calceis primum usi, deinde crepidis. Similes his Autodi, Magodi, Lyfiodi. Erat Autodus Hilarodo per omnia similis & par. Sed Hilarodus puero puellave pfallente canebat: Autodus tibicine modos faciente. Autodo & Hilarodo præmium corona, tibicinæ & pfallæ nulla. Ac quemadmodum hi duo similes: ita Magodo & Lyfiodo argumentum idem, modus diversus. Ille muliebribus personis virilia negotia: Lyfiodus muliebria virilibus agere. Ille ad tympanum: hic ad cymbalum. Introducta hæc quoque inter fabulas à quibusdam: sicut & Mimi & Satyri: Hilarodus à Tragædo, Magodus à Comico. Ajunt Magodos dictos ab argumento, quod primum propositum fuit Mago producto. Mutata postea materia, nihil secius mansit nomen. Hæc ille.

Cælius adolefcens Liberi patris histrio saltatorque, dum coram deo Tyalos exerceret, in terra hiatum casu lapsus, interit. Tellus autem in gratiam Bacchi fœrum produxit adolescenti cognominem. Dionysius Vicesis.

Herodotus Longomimus, & Archelaus saltator, maxime omnium amicorum ab Antiocho rege in honore habebantur, ut testis est Hegesander. Nec mirum profecto, cum pater ejus Antiochus, Sotirati tibicinis filius in stupilius custodiam receptus. Athenæus lib. 13. c. 13.

Telesis, vel Telestes saltationum magister, multas figuras invenit, manibusque immixtas ipsas dictas demonstravit. Ita fuisse ingeniosum Telestem Echylis saltatorem, scripsum reliquit Aristoteles, ut inter saltationes septem ad Thebas actum, per saltationem res ipsas aperit demonstravit. Dicunt præterea, Thepsiam, Pratinam, Cratinum, Phynicumque antiquos poetas saltatores fuisse appellatos non solum quod in Chori saltationem suos actus detulerunt, sed quia extra etiam sua poemata saltare volentes, docebant. Athenæus lib. 1. cap. 16.

Saryrus misus familiaris Demosthenis orationis, cum Demosthenes deploraret suum casum, quod à populo semel atque iterum explous fuisse: sese illi condolete finxit: & remedium tamen daturum pollicitus est, si Eupitidis, aut Sophoclis aliquot versus prius recitasset. Parum quaedam recitavit. Quæ eadem cum Saryrus paulo post recitasset, eo gestu, coque vultu exulit, ut diversa plane viderentur. Hæc igitur ratione Demostheni ostendit, non atem, sed actionem ei deesse: & ut hanc quoque difficultatem studio evinceret, auditor illi fuit. Plur. in Demosth.

Thymele mulier, prima saltationem docuit. Hinc Thymetici dicuntur saltatores mimi. Martialis: Qua Thymelem spectas, derisoremque Latinum.

Iuvenalis: Attendit Thymele, Thymele tunc rustica dicit.

Atellani dicuntur privatim personati: quoniam id erat illis jus, ne in scena personam deponere cogerentur: quod histrionibus aliis pati necesse erat. Hinc quoque ab iis agebantur fabulæ, peculiari appellatione nuncupabantur Personatæ. Caelius lib. 8. c. 8. A. L.

Publius natione Syrus, cum puer ad patronum domum esset adductus, promeruit eum non minus salibus & ingenio, quàm forma. Nam forte cum ille servum suum hydropicum jacentem in area vidisset interpresitque, quid in Sole faceret? respondit, Aquam calefacit. Joculari deinde super cenam exorta questione, quodnam esset molestum otium? aliud alio opinante, ille, Podagrici pedes, dixit. Ob hæc, & alia manumissus, & majore cura eruditus, cum mimos componeret, ingentique assensu in Italia oppidis agere coepisset: productus Rom. per C. Jul. Cæsaris ludos, omnes, qui tunc scripta & operas suas in scenam locaverant, provocavit: ut singuli secum, composita invicem materia, pro tempore contendere. Nec ullo recusante, superavit omnes: in quibus & Laberium. Unde Cæsar aridens, hoc modo pronunciat: Favente tibi me, victus es Laberi à Syro. Stantique Publio palam & Laberio anulum autem cum quingentis sestertis dedit. Tunc Publius ad Laberium recedens ait: Quicum contendisti scriptor, hunc spectator sublevo. Sed & Laberius sequenti statim commissione mimo novo intercepit hos verius: Non...

A donatus est à C. Jul. Cæsare quingentis sestertis, cum anulo aureo, qui erat insignis census equestris. Sueton. Immunes verberum histriones, Augustus aliquando respondit. Histrioniam non esse pudori in Græcia, scribit Livius. Caelius lib. 8. c. 8. A. L.

ODIUM. CONTEMPTUS.

Tragediarum histrio Callipides, cuius inter Græcos celebræ notæ, & fama apud omnes ingens erat, aliquando occurrens Agellio regi Lacedæmoniorum, primum salutavit eum, deinde fastuose inferens se ambulantis ostentavit se, exortum ratus eum aliquam in se comitatem: postremò ait, Non me rex nocis: Ille eum respiciens, respondit: Tunc Callipides es dicelictus ille: ita Mimos vocant Lacedæmonii. Cùm invitaretur ad audiendum quendam, qui luciniam imitabatur, detrectavit, ac, Ipsas, inquit, multoties audivi. Plur. in Agellio.

S. Cyprianus noluit histrionem admitti ad Sacramenta Ecclesiæ: quod indignum iudicabat istud hominum genus rebus feris applicare, qui omnia in nugis converterent. Refert Corn. à Lapide comm. in cap. 7. 1. ad Corinth.

Holocaustum.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Holocaustum vox Græca, quasi dicas ὅλον καυδόν, id est totum combustum, quod scilicet in eo tota victima comburetur Deo. Unde Hebraice vocatur *Calil*, id est totum, sive consummatum, quia totum in Dei honorem igne consumebatur. Vocabatur etiam *ola*, id est ascensio, quod in eo tota hostia per ignem & fumum ascendere ad Deum. Hinc rursum Græce vocatur ὁλοκαύτωμα, quod totum in Dei fructum cederet.

Holocaustum igitur erat sacrificium Deo oblatum, purè ad laudem ipsius, & honorem supernæ majestatis ejus, ac amorem summæ ipsius bonitatis, est ab ea nihil expectare gratiæ, ait Philo.

Cremabatur enim tota victima, excepta pelle: per quod offerentes protestabantur, se totos esse Dei, seque ei totos consecrare, & in Deum transferre.

RITUS, ET MODUS.

Victima holocausti debebat esse macula & immaculata. Divites offerebant bovem vel vitulum: pauperes ovem, agnum, vel hædum: pauperissimi turturam, vel columbam.

- 2. Adducebatur ad ostium Tabernaculi.
- 3. Offerens imponebat capiti victimæ manus.
- 4. Sacerdos eam jugulabat, & sanguinem phiala excipiebat, cumque fundebat per altaris circumiectum: mox pellem detrahebat, & reliquam in frusta concidebat, igneque subiecto cremabat. Urebantur autem in his opera aliorum Levitarum & Sacerdotum.

Vide locum de Sacrificio.

Homicidium.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Homicidium, Græcè φόνος, φονία, homicida dicitur. Est autem homicidium, hominis ab homine facta cæsis. Homicidium voluntarium dicitur, quod animo & intentione occidendi hominem cum effectu perpetratur. Componiturque homicidia & homicidium ex homo & cædo; quasi hominis cædes.

QUANDO COMMITTATUR.

Dum quis privata potestate alium occidit, abique moderate inculpate tutelæ, sive ad necessitatem sui defensionem, aut abique sententia Judicis, quomodo in quibusdam Regnis marito permittitur occidere uxorem in adulterio deprehensam, post latam sententiam.

Si non licet privata auctoritate proximum occidere innocentem, cujus occidendi licentiam lex nulla concedit: profecto etiam qui seipsum occidit, homicida est, & tantò nocentior, cum se occiderit, quàm innocentior in ea causâ, sicut quæ se occidendum putavit. Hæbetur 23. diff. 4. 5. si non licet, ex Augusti. Ergo etiam qui seipsum occidit, homicidium committit.

Homicidium lege vetitum, putabatur non aliud esse, nisi corporis percussio. Aperuit ergo Dominus, omnem iniquum motum ad nocendum fratri, in homicidii genere dequarum. Idem & hab. de pœnit. diff. Homicid.

Periculosè decipiuntur, qui assilant, eos tantum homicidas esse, qui manibus hominem occidunt, & non potius eos, per quorum consilium, & fraudem, & hortationem, homines extinguuntur. Aug. & hab. ibid. Periculose.

Si quis non iratus, sed propter discipulos, aliquem verberavit, vel plagam alicui dederit, & casu occiderit: sicut fieri solet: quantum ad gratiam innocens est, quia voluntatem non opus requirit; quantum autem ad legem, reus est: quia opera lex quatit. Hier. & hab. 15. q. 1. Si quis.

ERRORS CIRCA HOC ARGUMENTUM.

Donatus, dicit Circumcelliones, exitimant, genus esse martyrii seipsum interimere. Unde semper variis modis perimebant, ut refert Aug. hæresi 69. & alibi.

Manichæi nullum vivens occidi posse docebant, ne plantas quidem: testis idem Augusti lib. 1. de Civ. cap. 20. & lib. de hæresi cap. 46.

Sunt qui existimant, licere parenti filiam, marito uxorem in adulterio deprehensam cum ipso adultero occidere, dummodo servet conditiones, de quibus in L. Patri 20. & seq. de adulteris. Item in L. Marito 24. de adult. & L. Gracchus Tit. cod. 4. c. Attamen in foro animæ, contrarium omnino tenendum est (Vide Covar. de Matrim. p. 2. c. 7. §. 7.) ante sententiam latam id non licere.

Petianus nonnulla ex loco de Adulterio.

HOMICIDII CULPA, ET POENÆ VARIE QUENAM IN LEGE VETERI, &c.

Dei pronuntiatum in lege Nature fuit, Quicumque fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Genes. 9. quasi dicat: Id æquum esse & justum, ut fundatur, per sententiam scilicet Judicis, ut habet Chald. Deus enim tam hic, quàm Exodus 21. & Matth. 26. lege talionis nisi in homicidas sententiam mortis, quæ omnium gentium nû recepta est.

Ad hæc Deus homicidas persequitur, variisque casibus subicit, eò quod homicida Deo ipsi injuriam inferant, ipsius vitam imaginem demolendo: ad imaginem enim Dei factus est homo, ait Scriptura loco allegato.

Quin & homicidium occultum voluit Deus expiari per victimam, & protestationem magistratus vicinioris. Deut. cap. 21.

Homicida involuntarii, & qui casu vel ignorantes aliquem occidissent, jus asyli habebant in civitatibus refugii: at qui spontè & ultro hominem occidisset, nullum jus asyli conquirebatur, sed permittentur, ut propinquus occisi occidentem imponere cederet, saltem quoad fori exterioris obligationem pœnalem, si cum extra urbes refugii invenisset: & plura circa Judicium homicidæ statuuntur, Num. cap. 35.

HOMICIDÆ PAVIDI, ET INQUIETI.

Etiam homicidæ hoc habent, quod sint pavidi, semperque intra se gerant castificum conscientiam. Quod in Cain occiso fratre, & Lamech qui duos etiam occiderat, Genes. 4. innotebit.

Quin memorat Sophron. in prælo Spirit. c. 166. de Latrone qui conversus factusque monachus, assidue videbat pœrum se insectantem, sibi que dicentem, Cur me occidisti? unde petita venia ad civitatem se contulit, culpamque confessus, extremo se supplicio afficiendum commisit.

Superioribus annis Antverpiæ in publico infirmorum Xenodochio Hispanus miles decubuit, erat autem ex iis qui Ducis Albani tempore Nardam Hollandiæ crudeliter invaserant, & incolas omnes abique discrimine unâ cum aliis trucidaverat: hic, inquam, se moriturum timens, aliud nihil inelamabat, quàm Narda, Narda. Tandem percontantibus, quid ea vox indicaret? occur assidue eam emitteret: respondit: semper sibi observari imaginem pueruli renelli, quem sibi ardentem cunis exemerat in excidio Nardensi, & gladio transfossus muro alliserat.

Vide infra Tit. Pœne à Deo inflata.

Davidi certè Deus propter Uriam Hethæum occisum, minatur, & per Prophetam insinuat, Uriam percussisti gladio quamobrem non recedit gladius de domo tua usque in templum. Lib. 2. Reg. cap. 12.

EXEMPLA HOMICIDII, ET POENARUM EJUSDEM, EX S. SCRIPTURA.

Graviter Deus homicidium commissum à Cain punivit, & tamen nondum erat prohibitum aliqua lege scripta. Occi-